

FOLIO

Non aliter q̄ si volitet per gramina florum
Turba apium: dulces perstrepat atq; fauos.
Quidam: ne cursu tardo mea carbasa linquat:
Nando sequi stultam cogitat vsq; ratem.
Quilibet ad primū pperat conscendere transtrū:
Et regimen nauli solus habere cupit.
Curritur ad nauē. postremus quisq; veretur
Esse. procul toto flumine vela micant.
Titulus opis Narragonū hęc classis/titulo sic iure feretur:
In qua stultorum quilibet esse cupit.
Speculū stul- In speculo veluti faciem quis rite tuetur:
torum. Effigiem vultus conspicit atq; sui:
Sic modo de nostro capiat manifesta libello
Signa: quibus vitam conspiciatq; suam.
Nemo caret vitiis. nemo est sine crimine vite:
Ergo stultorū candida vela trahit.
Seneca. Nec poterit quisq; causa sapienter in omni
Se gerere: & nulla contaminare lue.
Quod nemo dicere possit se in hoc libello nō cōtineri. Qui bene mortales secum considerat actus:
Et trutinat mentis omnia facta suę:
Inueniet causam: poterit cur stultus haberi:
Vt modo sectetur remigis vsq; viam.
Quisquis enī stultum depicto stigmatate dignū
Se putat: & viuūt simplicitate rudī:
Is poterit sapiens: tandem prudensq; renasci:
Et fieri diuę Palladis inde comes.
Sed qui nunc prudens: casus vult esse per omnes
Nil sapiens/semper noliger esse solet. 129 q̄ boni
Hos siquidem atq; alios poterit studiosa caterua
Perlegere: in propriis colligo quosq; locis.